



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

§. 4. Principium 4. Peccatum, quod consensu contrahitur, sine consensu
minimè relaxatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](#)

*De Principiis generalibus
& aliorum resipiscentiam ac exemplum, merito pro ob-
nendo hoc duplice fine non quæcunque, sed, quantum fe-
tis potest, proportionata culpa pœna infligitur.*

Praxis.

Hinc deducitur 1. Rectè à DEO pro peccato mortali po-
nam æternam & intensivè maximam fuisse constitutam qui
alioqui nec digna satisfactio præstaretur; nec homines suffi-
cienter absterrentur à peccato, uti communiter docet
Theolog.

Deducitur 2. Rectè quoque à S. Thoma & aliis docentes
minimam Purgatorii pœnam omnes hujus mundi precepi-
torienta collectivè sumpta excedere, cum & culpa quam
DEUM offendit, gravior sit, quam omnes culpa collectiva
sumpta, quatenus præcisè considerantur ut sunt omnes
Creaturae.

Deducitur 3. Crimina læsa Majestatis etiam in humero
Foro ac judicio rectè extraordinariâ pœna, & cum exclusione ave-
ne Privilegiorum, qua interdum Peccatores ratione locorum
Personæ participant, puniri; cum hoc ipso, quod dignacione regi-
longè Personam offendant, etiam majorem malitia con-
trahant, atque adeo & pœnam graviorem mereantur.

§. IV.

PRINCIPIUM IV.

*Peccatum, quod consensu contrahitur, sine
consensu minimè relaxatur.*

Sensus.

Hoc est, quando quis per peccatum propria voluntate
commissum avertitur à DEO, dissolvendo amicitiam illius
æquum est, ut per detestationem quoque propria voluntate
factam iterum redeat ad amicitiam DEI.

Authoritas.

Desumptum est ex cap. Majores. de Bapt. illudque ratio-
nabilem P. Gobat tr. 1. sect. 6. n. 230. & addit etiam à S. Thoma
aliis Theologis communiter doceri, saltem loquendo de
ordinaria via; nam per absolutam potentiam posse peccatum
per solam condonationem extrinsecam remitti, non per
hodiæ Recentiores docent.

Ratio.

Quia, sicut qui ab uno termino ad alium accessit, non potest ad antiquum terminum vel locum ordinaria via redire, nisi per contrarium motum; ita qui a DEO semel per peccatum recessit, non potest ad illum redire, nisi per affectum suum, scilicet detestationem peccati, & recessum.

Praxis.

Hinc deducitur 1. pro Sacramento Pœnitentiae recte Attitatem saltem velut primam & summè necessariam partem Christo fuisse requisitam, ut communiter docent Augustini & patres.

Deducitur 2. Etiam in Baptismo Adultis conferendo requiri à Theologis attritionem, cum non conveniat, ut qui per Baptismum recipiendus est in amicum & Filium n. in humore habitualiter adhuc maneat per peccatum non retractatum exinde versus ab eo.

Deducitur 3. Etiam ad peccatorum venialium remissionis requiri similem detestationem; cum planè & hæc proprio consensu sint commissa, atque adeò proprio consensu tolleri debeant; unde quamdiu manet vigens ad ea affectus, diu nec culpa, nec poena remittitur, ut communiter docent Theologi; & hinc forte natum est illud axioma seu regula in cap. unic. de feris mat. in 6. & c. Legatur 24. q. 2. Peccata venia non datur nisi correctio.

§. V.

PRINCIPIVM V.

Potius oportet quælibet mala tolerare, quam malo consentire.

Sensus.

Hoc est, quando actio quæpiam intrinsecè mala est, tunc potius oportet omnia tormenta sustinere, omnissimum bonum ablationem pati, quam ejusmodi actionem committere.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Augustino, & refertur in cap. 3. Ita, v. 32. q. 5. Item ex S. Thoma. 2. 2. q. 110. a. 3. in Corp.